



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

De spiritu & virtute S. Norberti Archi-Episcopi Magdeburgensis & S. Ordinis
Præmonstratensis Fundatoris, cum Oliva fructifera comparati. Thema. Ego
autem sicut oliva fructifera in domo Dei. Psal. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



EXHORTATIO DE SPIRITU ET VIRTUTE S. NORBERTI,

Archiepiscopi Magdeburgensis & S. Ordinis Præmonstratenſis
Fundatoris, cum oliva fructifera comparati.

THEM A.

Ego autem sicut oliva fructifera, in Domo Dei. Psal. 51, 13.



Ataclysmo mundum universum inundante, à Noëmo columbam ex arca effundit, cap. 8.
11. Geneseos legimus; eamque, sub vesperum, ad eum reverām apportāsse Ramum Oliva virentibus foliis in ore suo. At cornam non ramum palmae non querūs aut ficulneæ, arboreis alterius, arcæ incolis ad vexit? Respondet Ambrosius L. de Arca c. 19. Olivam insigne esse divinæ misericordia: addit Perennus hic, pacis, victorizæ, æternitatis, ac felicitatis esse hieroglyphicum: quare columba hæc portans ramum olive, Noëmo & mundo securitatem ab aquis diluvii, Deique reconciliationem affere-

bat. Nec tantum pacis & misericordiæ dix, sed virorum quoque Apostolorum, Episcoporum, Doctorum, ac Sacerdotum oliva est symbolum. Dignus, inquit S. Petrus Damiani, ferm. 17. de SS. Petro & Paulo Apostolico loquens: Digna prorsus comparatio olive ad Apostoli, nec alia dignior est inventa: atque enim ista semper viridis est, & illam exultentissimum olei liquorem effundit, sic quo nec regia, nec sacerdotalis constitutio theritas. Oleum autem quatuor habet supernatat omnibus liquoribus, illuminat, pascat & ungit. Si igitur oliva comparatur Apostoli; quidni & nos Sanctorum Norbertum Archiepiscopum & candidi Ordinis Præmonstratenſis Fundatorem, Spiritu Apostolico plenum, virtutibus semper virentem, operibus misericordiæ redundantem, proximos illumi-

illuminantem, paucem, & unguentem, cum oliva componamus? Præteritum cum magnus hic Sanctus, ea, quæ in cœlum ex hac mortalitate migravit horâ; visus sit in veste candida, olivæ ramum manu tenens, illum ex Paradiso se habere testatus. Nadas in Ann. cel. 6. Jun.

Quare, sive radicem, sive truncum, sive ramum, sive folium, sive fructum spectemus. Sanctum Norbertum olivam fuisse fructiferam demonstrabimus.

I. Primum, quod in oliva fructifera considerandum venit, est Radix, quæ est amara; fructus vero dulcis. Quid vero, radix hæc amara, in Viro Apostolico adumbrat, nisi conversionis initium & penitentiam, ex qua succus in truncum, ramos, folia ac fructus, velut ex radice secunda derivatur? An non penitentia, radix amara est; qua mortis horrorem, iudicii pavorem, inferni tremorem, cordis dolorem, peccati detestationem, lucrum, planetum, fletumque producit? Sed quam, fructus dulcis, cordis solatium, conscientia tranquilitas, pax & latitia consequitur? Matthæi c. 3. 2. dicitur: Penitentiam agite: (ecce radix) appropinquavit enim regnum cœlorum. (ecce fructus) Omnis disciplina in presenti quidem, ut docet Apostolus ad Hebr. 12. 11. Videtur non esse gaudii, sed marorū: ecce radix amara: Postea autem fructum pacissimum, exercitatis per eam reddet justitiae. Ecce fructum dulcem olivæ! Atque inde oritur odium sui, odium mundi, odium

carnis, dulcisque alias voluptatis amator: Vir justus, ait Hugo Cardinalis, obtinens jam per penitentiam gratiam & justitiam, quidquid de terra est, ei sapit amarum, quod autem de celo est, dulce. Unde de Sancto Augustino dicitur: Displacebat ei, quidquid agebat in seculo, præ dulcedine Dei & decore domus ejus, quam dilexit.

Hæc prima quæque Norberti, tanquam olivæ fructiferæ radix exitit: Radix amara penitentia, ex qua dulces deinde fructus propulluntur. Erat is illustribus & copiosis parentibus natus, in Aula Friderici Archiepiscopi Coloniensis, & Henrici Imperatoris versatus, atque ob inclitram profapiam, opum affluentiam, & comediem naturam, apprimè omnibus chartus. Quare ut secundissimos aspirare sibi secularis aura favonios sensit, vela pandit, & in seculari vanitatis altum proiectus, sequè jani Gygis annulo potum ratus, suismet cupiditatibus in prædam cessit. Verum divino collutatus lumine, mundi fallaciam, honoris vanitatem, voluptatis turpitudinem agnovit; delicias, quibus innutritus erat, despexit & deseruit, ac quadraginta dierum spatio, in Monasterio se abdens, peccata sua lacrymis copiosis deflevit, ac penitentia operibus expiavit. Hæc illi radix amara fuit, hæc dolorem, compunctionem, penitentiamque asperitatem, nec non odium sui, mundi & carnis, conciliavit: ex quibus deinde dulces prodierunt fructus: quando, sacerdotio iniciatus, vestibus pretiosis positis, rudes villesque induit, cunctis mundi

Dd 3

mundi

mundi illecebris valedixit, divinitus infinitus, magno fervore ad populum pro concione dicere coepit, omnibus subitam vitæ ejus mutationem admirantibus, & levem dissolutumque aula vernam in novum Evangelii præconem. mirâ metamorphos, transformatum, stupencibus.

Mi Religiose, desiderâsne & tu, esse oliva fructifera in domo Dei? ab hac amara radice auspicare fructus age dignos pœnitentia, non in tirocinio solidum; sed & totâ insequente vitâ religio enim est status pœnitentia: si tibi etiamnum dulcis est & sapit mundus, honor, & voluptatis illecebra; frustra dulces virtutum fructus à te exspectabit religio: amarescant terrena, conversatio mundana, honoris umbra & cetera fluixa omnia: & fructus dulces proferes; atque ut id impetres: crebro cum piissimo Thoma Keimpensi ora: Verte mihi Domine omnia terrena in amaritudinem! & tu solus mihi sapias, tu solus dulcescas!

II. Alterum, in oliva perpendendum, est *truncus* arboris, qui soliditatem, duritatem, roburque tam firmum possider; ut nec tempestas, nec caries, nec vetustas labefactare valeat. Hinc prisci, aternitatis symbolum esse censuere. Hinc quoque Apocalypses c. 4. Elias & Enoch, qui sunt aternitatis candidati, ut eos Tertullianus nuncupat, vocantur olivæ. Hinc denique Tullius L. 1. de Legibus sempernam, air, oleam in arce tenere potuerunt Athenæ. Quidnam, obsecro, hæc oleæ soliditas, nisi virtutis, in vitro apostolico requisita, soliditatem,

firmitatemque figurat? Talis enim vero virtus in S. Norberto resulst: solidam emendatio, solidam paupertas, solidus mundi contemptus; solidus animarum zelus, obedientia, patientia & charitas: ut meritò illi adaptaremus, prolatum de Simone Onis filio, sacerdote magno, Ecclesiastici encomium: Quasi vas auri solidum, ornatum in lapide pretioso virtutum. Eccl. 50, 10. sub predicationis ejus initium; oleum hanc robustam ludibriis, annis, cavillationibus, irrisiōibus, alii que opprobrii perforare ac lacerare nonnulli tentarunt; atque ab Evangelio annuntiando deterre conati sunt: at nihil horum constantem viri zelum retardare aut fringere valuit. In Virum sanctum A. apollolico spiritu sceleris liberè carpentem ac infectantem, irruunt periculationem venti, ac tempestates, adeo ut ius quoque facie impudens & impotens sui scutra feedari; sed stetit, velut manus cautes, corde fixus in celo, siue potius, prioris vita, delicta defervit, quam ex holte vindictam postulavit. Surius Ribad. in vita.

III. Religiose, avésne & tu oliva esse fructifera, quæ in Ecclesia Dei præcando, conversando, ac salutis animarum quovis modo, incumbendo, fructus copiosos proferat? truncum solidum, solidas, inquam, virtutes, possideas, necesse est: & nisi scuto vivæ fidei manus galea firma spei caput protexeris, ac solidæ charitatis, jutrixque ac patientiæ lorica, peccatus obarmaveris; citò dejesiceris levissimo vento petitus, frustisque optatos proferre desines.

III. Ter-

III. Tertium quod in oliva declaramus; aptissimum pacis, subjectionis, ac mortificationis symbolum. Et quidem 1. Pacis: unde columba à Noëmo emissa, olivæ, ramum, virentibus foliis ore pratulit. Gen. 8, quod ex Venerabilis Bedæ expositione, Spiritum sanctum designat; qui cœlantibus persecutionum aquis, pacem Ecclesie attulit. 2. Est quoque ramus olivæ, deditiois, subjectionis, obedientia, reverentia & cultus hieroglyphicum: Veteres enim alicui Principi se dedentes, olea ramos, velut pacem postulantes prætendebant: hinc Virgilius L. 8. Æneid. de Ænea ab Evarandro opem perente canit: *Pestiferaque manu, ramum prætendit olive.* 3. Ramus olivæ putatione & præcisione gaudens, mortificationis imaginem nobis adumbrat.

O Norberte sancte, quām præclarum olivæ ramum exhibes! lacessunt te inimici tui, qui per oculorum hebetudinem & lippitudinem, tanticlaritatem splendoris ferre nequeunt: impugnant, refutant, persecutionum prælia concitant: sed tu olivæ ramum, pacis symbolum, manu prætendis. Munus Apostolicum à te suscepimus, multas creaturamnas, molestias, itinera, difficultates; at in omnibus, subjectionis, obedientia, ac cultus divini symbolum, olivæ ramum, exhibes, divinæque providentia totum te consignas & offeras. Verum ut olea ramus virentibus foliis sis & fructibus uberioribus gaudeas, Norberte, multi stolones superflui sunt amputandi. Neque id ignorat Vir Apostolicus: quare beneficis Ecclesiasticis penitus

abdicat, redditibus inde provenientibus se denudat, patrimonii bona dividit, pretiumque inde conflatum, in pauperes manu liberali erogat; atque ita omnibus facultatibus, atque etiam calceis exutus, ac rudem depexámque induitus lacernulam, brumâ faviente, Romam contendit, atque à Gelasio Pontifice summo, Evangelium ubique gentium ac locorum annuntiandi facultatem obtinuit. Ribadeneira in vita.

Mi Religiose, exemplo S. Norberti, vita Apostolica munia obire optas, ut oliva fructifera evadas? Ramum olivæ seu pacis proximis, & æqualibus; ramum olivæ seu subjectionis & obedientiae Superioribus; ramum olivæ seu mortificationis tibi & passionibus, vitiosisque tuis, semper prætende: Difficile, imò ferè impossibile esse Viro Apostolico, vitare calumniam, scribit magnus Basilius. Epist. 54.

Quid ea in refacies? Oleum de capite tuo non deficiat Eccli. 9. 8. Esto olea, quæ putatione proficiat: & audi S. Joannem Climacum gradu 4. Quicunque, ait, ad perfectam inordinatarum affectionum victoriā & ad Deum currit! omnem diem, in qua contumeliis non afficitur, magnum detrimentum arbitratur. Sicur enim arbores à ventis concusse, altæ radices agunt; ita & qui sub obedientia versantur, fortes & inconcussas animas, jactati possident.

IV. Quartum quod in olea nobis trutinandum est, folium est, hyeme & æstatis semper virens, quod ternas in S. Ar- chiepiscopo nostro virtutes adumbrat, nimurum mentis constantiam; nitorem conscientia perpetuum, & stabilem animi demissionem. 1. Olea semper vi- ret foliis, teste Plinio L. 16. c. 20. Quid viror

EXHOTATIO PRO FESTO S. NORBERTI.

216
 viror iste foliorum perpetuus, Norber-te, nisi tuam, inter prospera & adversa-mentis constantiam indicat? Quid folio-rum pulchritudo, nisi ornatum ac nitorem conscientiae tuæ repræsentat? *Quasi oliva speciosa in campis.* Eccli. 24. 19. Quid parvitas pallorique foliorum, nisi demissionem, vanæ gloriae, jactantiaeque fugam indigit? folia tua, nempe verba prædicationis, semper virent ac vernant. Auditores tui te laudent, vi-tuprent, plaudant, plodant; arrideant, irrideant; folia tua, id est, verba, monita, consilia, hortamenta non deficiunt, aut defluunt: *Et folium ejus non defluet.* Psal. 1. Cum sociis quaternis, pagos, oppida & urbes obis, ad ituporem de divinis verba facis, festo ubique campanarum pulsu, populi concursu frequente exciperis; at nulla vana gloria, fastus nullus, foliorum pallorem, id est animi tui demissionem, imminuit, aut obsfucat.

Mi Religiose, si Ecclesiasten agere, obedientia mandet, foliis verborum tuorum suis semper consternitor viror, pallor inter prolixa & adversa, sive ambonem in pago sive in oppido con-scendere jubearis, sive plebs applaudat, sive explodat, sive populi affluxus sit, sive diluxus: *Celma, ne cesses & quasi tuba exalta vocem tuam.* & annuntia populo meo scelera eorum & domini Jacob peccata eorum. Isai. 58. sique fructum referas ac laudem illud psalmi usurpes: *Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Psal 113.

V.
 Fructus
 olivæ.

V. Postremum in olea discutiendi sunt fructus; ex quibus oleum pingue exprimitur; quo, ex mente S. Hiero-

nymi, pinguedo sapientia, ex aliorum sensu, misericordiae, gratiae & charitatis pinguedo denotatur: servitque ad lu-menjunde Apostoli ac Doctores, olive sunt, oleum fundentes, & illuminantes corda credentium. S. Gregorius L. 4. in 1. Reg. considerans illud: *Tulit autem Samuel lenticulam olei & fudit super seps ejus.* ait: Qui in culmine ponitur, faci-menta suscipit unctionis; quia vero unctione sacramentum est, is qui promovetur, bene focus ungitur, si intus virtutem sacramenti roboretur. Oleum quippe aliis liquoribus superfertur, ignem ha-vet, & vulnera curare consuevit. Per illud ergo misericordiae bonum signifi-cator: quia scriptum de domino est: *Misericordia eius super omnia opera ejus.* Ps. 144. quia igne rovet prædicationis gratiam designat, qua electorum mentes illuminat, quia vero vulnera per oleum curantur, hoc profecto infinitatur, quid detergenda sunt vulnera peccatorum.

Quàm præclarè hoc oleo infinitus fuit S. Norbertus tanquam oliva fructuosa in domo Dei: & quidem habuit

1. Oleum misericordiae, de quo, Gregorius l. c. *Ungatur ergo caput Regi,* quia spirituali gratia mens est repanda Doctoris. *Habeat in unctione sua oleum,* habeat misericordiam abundantem, que se virtutibus alius preferatur. Hoc oleo S. Norbertus delibutus, omnia sua tam ex patrimonio quam ecclesiastico pro-ventu possessa, dispersit, deditque pa-peribus. Hoc oleo unctus, misericordiae opera spiritualia exercuit; ignorantes docendo, dubitantibus recte confu-lendo, dissidentes reconciliando, ma-stos consolando, injurias patienter faciendo;

ferendo, offensasque miti animo, remittendo, peccata confitentibus aures prebendo, eisque delicta relaxando. Refert leontius in vita S. Joannis Eleemosynarii, ipsi noctu in somnis apparuisse misericordiam, specie pueræ ornatissimæ, ac sole splendidioris, coronam de ramis olivarum, in capite gestantem eique dicentem: Ego sum prima filiarum Regis, si me possederis amicam, ego te ducam in conspectum Imperatoris: enim nemo, e à qua ego apud illum valet potestate. Visusque est, ab hac fulgidissimâ puellâ olivæ ramis coronatâ in celum ad Deum perduci. Ab hac puella, ab hac regina S. Norbertum, quoque coronatum atque ad thronum divina maiestatis perductum esse, nullus dubitandi locus relinquitur: nam Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam conseruentur. *Matth. 5.*

2. Oleum letitiae, hilaritatis, candoris ac puritatis conscientia: Unxit te Deus, Deus tuum, oleo letitiae *Psal. 44. 8.* Non tristes & lugentes, sed letos & bilares decet nos inkherere christiane conversationi, inquit S. Cyrilus *L. 11. de adorat.* Oleum faciem exhilarat; eoque, ex consilio Christi, dum jejunamus, facies ungenda est, ut lati, non tristes esse videamur. Quantâ S. Norbertus erat hilaritate, sive opera spiritualis misericordia præstaret, & apostolica zeli munera obiret: sive eleemosynas & exercitia misericordia corporalis frequentaret; omnia, mirâ promptitudine, alacritate, & hilaritate. *Hilarem datorem diligit Deus.* Est candor inquit S. Bernardus *serm. 71. in cant.* quem sibi induit is, qui miseretur in hilasitate. Etenim si intuearis illum, quem Propheta depinxit, jucundum hominem, qui milletur & commoda: nonne isti tibi videtur, de ipsa animi jucunditate, induisse candorem quandam pietatis, vultui pariter suo & operi suo? Sicut è regione, si ex tristitia vel ex necessitate, quis tribuat, non candidum faciat, sed tetur praefert manu & fronte colorum. *Hilarem datorem diligit Deus,* nunquid & tristem? Profectò qui respexit ad Abel, ob alacritatis candorem, avertit faciem à Cain, quia conciderat facies ejus, utique à tristitia & livore.

3. Oleum charitatis, omnibus Episcopis, doctoribus & animarum zelatoribus, unicè necessarium. Doctor, inquit S. Gregorius *I. c. habeat oleum,* ut dum ardorem spiritus in se nutrit, lucere rebementer aliis per verbum posit. *Habat oleum medicina,* ut sapienter disponat, qualiter peccatorum factores tergit, & egras mentes salutis restituat. Quam in corde S. Norberti flammatum excitavit, nutrit & auxit oleum charitatis; in verbis divini prædicatione, discordium reconciliationis, penitentium absolutione, novi ordinis institutione ac promotione, aliisque operibus charitatis mirificè flagrans & inardescens.

Mi Religiose, ad animarum salutem vocate, eme tibi in tempore, triplex hoc oleum, quo si carueris, Virginibus fatus accenseberis, nuptiisque cœlestibus excluderis.

Quapropter, Sancti Magdeburgensis Archiepiscopi, Ordinisque Sacri Præmonstratensis, fundatoris, exemplo, tanquam oliva fructifera in Ecclesia & Religiosa familia domo esse conenur:

E c

fit

fit in nobis *radix amara* penitentiaz , & odii omnis mundanae & noxiæ dulcedinis : Sit in nobis *solidus trunus*, id est, solidæ virtutes , in omnibus tam profparis, quam ad versitatum procellis inconcussæ . Sit in nobis *ramus olivæ*, pacis, obedientie ac mortificationis. Sit in nobis *folium semper virens*, nitens ac pallens, id est, constantia mentis, nitor conscientiez , demissio animi , omnif-

que gloriæ inanis proscriptio. Sit denique *fructus*, ex quo exprimatur oleum misericordiaz, oleum lætitia, oleum charitatis ; que virtutes si in nobis florierint; erimus tanquam olya fructifera in Domo Dei, id est, Ecclesiaz præsentis ac militantis , ac demum in olivetum *radisi cœlestis*, viore perpetuo vernari, fructuique vita æternæ latiri, transplantabimur.



EXHORTATIO DE SPIRITU ET VIRTUTE S. DOMINICI.

S. Ordinis Prædicatorum Fundatoris ; sub symbolo facis ardentes & lucentis , mundum illuminantis & inflammantis proposita.

T H E M A.

Ipsæ erat lucerna ardens & lucens. Joan. 5.35.



Uemadmodum auctoritatem, praesagia lumina indicarunt. Hoc inter eminet S. Virgo Clara, Virginum Religioarum illustre fidus: cuius Mater Hortulana, partu vicina, coram Christi in crucem iuxta simulacrum, preces ardentes fundens, vocem inaudita Regis ac Messiae signum, annuntiavit ; ita quoque plurimorum aliorum Sanctorum, magnâ sanctimoniaz gloriæ inclytorum, felicem

ortum, inter eminet S. Virgo Clara, Virginum Religioarum illustre fidus: cuius Mater Hortulana, partu vicina, coram Christi in crucem iuxta simulacrum, preces ardentes fundens, vocem inaudita Ne poveas mulier; quia lumen partis gaudium mundum clarissim illusfrabit. Eoque prodigio edocta, natæ infantulæ, in baptismo, Claræ nomen imposuit: ut vita perhi-